



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1715. usque ad annum 1718

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1782

VD18 13322648

§. 28. Tumultus in Anglia & Scotia.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67649](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67649)

mas Josephus Dux Sabauda - Carig- Sæc. XVIII.
 nanus, die tertia Octobris Ferdinan- A. C. 1715.
 dus Augustus Princeps de Lobkowitz :
 die vigesima ejusdem Mensis Mainhard
 Princeps Hohenzolleranus, & die pri-
 ma Novembris Carolina Christina Mo-
 scoviæ Ducis Filia.

§. XXVIII.

Tumultus in Anglia & Scotia.

Hoc item anno Angliæ Regnum, sic- Hist. Cont.
 uti omnium sectarum commune est Chron. l. 16.
 receptaculum, ita perpetuum etiam pag. 50.
 evasit turbarum & dissidiorum thea- Turjel. cont.
 trum: Hi enim, qui Regiis partibus pag. 408.
 adversabantur, editis libris & publicis
 querelis contra Regem, Regisque Mi-
 nistros disseminatis insurgebant, & nu-
 peræ pacis conciliatores ob toti Na-
 tioni injuriosa, & negotiationi oppido
 noxia pacta severe castigari petebant:
 hac rerum confusione excitabantur illi,
 qui tam in Anglia, quam Scotia Ja-
 cobo III. legitimo Regi ac Cambricensi
 Duci favebant, hi ergo eadem die,
 qua olim Jacobus II. & Anna inaugu-
 rabantur, Londini in ædibus Sache-
 verelli Prædicantis solemnia celebra-
 bant, accensisque festivis ignibus libere
 exclamabant: *Vivat Anna Regina, su-
 prema Ecclesia, Vivant Ormundus & Bol-
 linbro-*

Sæc. XVIII *linbrockius, pereat Marleburgus?* Ne
 A. C. 1715 minus propitii erant Jacobo III. Torri
 & Cantuarienses Præcones, quibus
 tamen, ut Georgius Rex eos aliorum
 diverteret, varias sanctiones a Con
 cionatoribus, Magistris & Discipulis ob
 servandas consignavit, petens, ut suam
 desuper mentem declararent, cunctasque
 suo consensu firmarent: nihilominus
 occurrente Natali Ormundi Ducis die
 & anniversaria Jacobi II. ad Regni pos
 sessionem revocati rursus publicas age
 bant solemnitates, ipsum populum in
 citantibus, qui Presbyterianis adver
 bantur, Prædicantibus, quorum etiam
 impulsu in variis Urbibus Presbyteria
 norum fana funditus evertebantur.
 Res ad publicam communemque sed
 tionem spectare videbatur; quocirca
 Rex copias undique contrahi iussit,
 Proceribus, Universitatibus aliisque
 delitatis juramentum exsolvi, in partem
 firmatæ Authores inquiri, Catholicos
 in Scotia & Hibernia opprimi, eisque
 arma, equos, omnemque belli apparat
 tum abripi præcepit. Postea Ormundus
 Dux & Bollingbrockius Vice-Comites
 tanquam perduellionis rei in ju
 vocabantur, cum vero jamjam in Gallias
 profugissent, ex Catalogo Parium
 Regni deleti, contractisque insignibus
 omnibus bonis, & dignitatibus spoliati
 bantur.

bantur, & Oxfordius Comes tanquam Sæc. XVIII.
 læsæ Majestatis reus in Londinensem A. C. 1715.
 Turrim captivus abducebatur. Inter
 rim Comes de Marri & Marchio de
 Hundlay validum agmen in favorem
 Jacobi III. quem *Prætendentem* vocant,
 colligentes exscensione facta Edinbur-
 gum Scotiæ Metropolin cinxere; ge-
 neroso tamen huic conatui prosper de-
 fuit successus; feliciore tamen Marte
 pugnabant in Partheni ditione, quam
 unacum Urbe occupantes Jacobum III.
 in Scotiæ Regem proclamaverunt, co-
 piasque suas in aciem eduxerunt, ubi
 tamen ab Argylo Duce sex Batavo-
 rum millibus aucto, post cruentum &
 pertinax utrinque certamen Jacobitæ
 fugere compulsi sunt. Ad infelicitatis
 cumulum accessit clades, qua in Nor-
 thumbria a Carpenterio cæsi fuerunt,
 septuaginta duobus Anglis & Scotis
 Proceribus cum quinque gregariorum
 millibus in captivitatem abductis: Hac
 victoria elati Angli, publico edicto,
 Viro, qui Jacobum III. trucidaret, quin-
 quaginta Sterlingicorum millium pre-
 tium constituebant. Hic tamen Rex die
 decima septima Januarii Dondeum Sco-
 tiæ urbem publice cum Comitibus Marri
 exercitu equo vectus ingrediebatur,
 in Franciam impune reversus. Sex
 autem Proceres Angli nuper capti tan-
 quam

Sæc. XVIII. quam prodicionis rei a Parlamento sunt
A. C. 1715. condemnati, eorum uxoribus atque
 Amicis incassum gratiam, veniamque
 petentibus, ex quibus tamen Nitis-
 lade Comes in uxoris suæ vestibulis fugi
 dilapsus est, hac in carcere loco Ma-
 riti sui remanente, quæ postmodum
 cum eximio fidei conjugalis encomio
 a Rege libera est dimissa, ejus tamen
 Mariti percussori mille sterlingorum
 libræ sunt addictæ. Hujus funesti suc-
 cessus adhuc ignarus Pontifex die de-
 cima Decembris Mariæ Britannicæ Re-
 ginæ rescripsit, quod pro felici exitu
 consilii a Jacobo ejus Filio suscepti Deum
 exorarit, ut fideles ejus subditi illum
 in patrem solium restituere possent
 atque ad hanc expeditionem Papa pe-
 cuniarum subsidia contulit, quorum
 tamen tenuitatem obtento Turcarum
 bello excusabat, & Jacobi Regis cau-
 sam Philippo Hispaniarum Regi com-
 mendabat.

§. XXIX.

*Diversæ summi Pontificis Constitutio-
 nes & epistolæ in variis causis.*

Bull. magn. Adhucdum in Neapolis Regno circa
Clem. XI. utriusque potestatis jura ingen-
Const. 75. fervebat dissidium, cumque aliud
fol. 145. Tribunal seu Congregatio, quæ
juncta vocabatur, varia promulgaret
 decreta, quibus literarum, Apostoli-
 corum